



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XXII Co[n]futant[ur] rursus authoritates q[ui]bus Lutherus pugnat
aduersus peculiare sacerdotiu[m] q[uo]d ex diuinis scripturis asseritur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXIII

tus omnis expertem. Quare nunc ad secundum impetum ueniamus.

¶ Cōfutant̄ rursus auctoritates qbus Lutherus pugnat aduersus peculiare sacerdotiū qd̄ ex diuinis scripturis asseritur.

XXII

Pro secundo impetu, quē & æque fortē Lutherus iactitat. Primo producit Paulū ad Roma 12. Obsecro uos per misericordiā dei ut exhibeatis corpora uestra, hostiā sanctā, uiuentē, placentem deo, rationabile obsequium uestrum.

Hoc testimonio docet quēq; christianū sacerdotē eē, quē admodū & rex est, nō ut alios regat, aut sacra cōferat alijs. At nos de sacerdotib; cōtēdim; q pascūt, regūt, et sacra ministrāt alijs. Quare nisi probet Lutherus, q; quisq; chřianus ius habet cæteros regēdi, aut sacra cōferendi cæteris, nihil facit.

Alterū ex Petro testimoniū profert, nimitz hoc ip̄m, qd̄ añ protulit impetu superiori. Et ipsi tanq̄ uiui lapides sup̄edificamini in sacerdotium sanctum offerentes hostias spirituales acceptabiles deo per Iesum Christum.

Et hoc itē cōcessim; unicuiq; chřiano dictū eē. Atq; hoc mō quēq; christianū sacerdotē esse sed sibi, non itē cæteris quē admodū illi sunt, pro quibus iam est controuersia.

Tertiū testimoniū ex Dauid, quod & triplex facit pro triplici genere sacrificiorū. Sacrificiū deo spūs contribulatus. Immola deo sacrificiū laudis. Sacrificiū laudis honorificabit me. Sacrificate sacrificium iustitiæ.

Et hæc, nihil repugnamus, quin pro singulorū sacrificijs accipiant, tamen nō desint qui per iustitiæ sacrificiū, hic intelligant sacrificiū Eucharistiæ, q; paulo post, frumenti uiniq; de quibus hoc sacrificiū a sacerdotibus cōficitur, facta sit mentio. Sed ob istud minime contendam.

Quartū ex Paulo, Per ip̄m ergo offeram; sacrificiū laudis, semp deo, id est fructū labiorū confitentiu; nomini eius.

Et hoc iam diximus christianis omnibus esse commune.

Quintū ex Osea, Omnem aufer iniquitatē & accipe bonū, & reddemus uitulos labiorum nostrorum.

CONGRESSVS TERTIVS

Et hoc pro sacrificio laudis, quod singulorum est

“ Sextū iterū ex Dauid. Dirupisti uincula mea tibi sacrificia
 “ bo hostiam laudis.

Et pro sacrificij genere superius ex eodē propheta testimo-
 niū attulit. His testimonijs putat Lutherus se fortiter impeti-
 isse. Sed uides lector q̄ incruentus sit is impetus. Nihilo certe
 maiorē intulit plagā, q̄ telū ab infantulo missum. Et tñ ouati-
 onē facit, perinde ac si cunctos, hoc fudisset impetu.

XXIII

“ ¶ Hic iterū (inquit) urgebimus & insultabimus papistis, ut
 “ proferant etiam pro sui sacerdotij sacrificio, unum iota aut a-
 “ picem e scripturis. Agite uos inclyti sacerdotes Baal, inuoca-
 “ te deum uestrum.

Pape quantā audio blasphemiam? Quisquis dei sacerdotes,
 sacerdotes Baal uocat, haud dubie Baal deum facit.

Lutheri blas-
 phemia.

Quū igit congressu superiori palā ostendimus, tū ex uere-
 ri, tū ex nouo testamento, ap̄los & eorū successores dei sacer-
 dotes esse, manifeste blasphemus esse Lutherus cōuincit, qui
 sacerdotes Baal illos adeo contumeliose uocat.

“ ¶ Et pergit tamen adhuc Lutherus etiā illudere deo. Inuo-
 “ cate (inquit) deū uestrū. Forte est in itinere aut certe dormit.
 “ Deus est em̄ & audiet. Dicite ubi scriptū sit missas esse sacrifi-
 “ cia: vbi docuit Chr̄s panē & uinū cōsecratū offerre deo?

Sacerdotes
 sunt p̄sbyteri.

De missis q̄ sint sacrificia pluribus egimus, respondendo
 Lutheri cauillis aduersus illustrissimū regē, ex quib⁹ (opinor)
 dilucidū est missas esse sacrificia. Cæterū ubi Christus panem
 & uinū consecratū obtulerit deo, secundo congressu satis ab-
 unde monstrauius, ut nihil habeat Lutherus quod illis og-
 ganniat. Et quanq̄ apostoli sub hoc nomine mentionē sacer-
 dotū nusq̄ faciant, cuius rei rationē nos ante reddidimus, ta-
 men sub alijs nominibus sæpenumero meminerunt. Nā eos
 haud dubie. I. Petri. 5. presbyteros uocat, quos & in hunc mo-
 dū alloquit̄ dicens. Pascite quantū in uobis est gregē Chr̄i cui-
 rā illi⁹ agētes. Quæ uerba nullus æquus iudex ad singulos di-
 ci christianos intelliget, quū inter pastores & gregē apertum
 statuunt omnes discrimen.

Hos etiā Paulus, ecclesiæ præsidēs uocat ad Hebr. ultimo.